



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 2. Theophili Epistolæ Pascales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

stis Theophilus, industria utendum ra-
 tus, se se furentibus obvium intulit, di-
 cens: *Dum vos aspicio, videor mihi vi-
 dere vultum Dei!* His verbis mitigati,
 dicebant: *Si vera loqueris, & credis,
 Deo vultum esse, nostro similem, libros
 Origenis anathematiza! ni facias, de im-
 pio, & Dei inimico ultionem sumemus!*
faciam vero, inquit Theophilus: *nam
 ego quoque libros Origenis odi, & diu est,
 quod eum damnare apud me statui.* His
 Monachos dimisit; Concilium deinde
 convocavit, in quo decretum, ut, quis-
 cunque opera Origenis defenderet, Ec-
 clesia ejiceretur. Hac de re Epistolam
 Synodalem ad omnes Episcopos perscri-
 psit.

Sæculum V.
 A. C. 401.

Prosp. in
 Chron. Pith.
 Seve. Dial. I.

§. II.

Epistolæ Paschales Theophili.

In Epistolis quoque Paschalibus, quas sin-
 gulis annis ad omnes Ecclesias mitte-
 re solebat, Origenis Adversarium se pro-
 babat. Quippe, a Concilii Nicæni tem-
 pore, Episcopo Alexandrino incumbibat,
 omnibus aliis diem Paschatis indicare.
 Ejusmodi Epistolæ statim post Epipha-
 niam mittebantur, ut omnes mature
 diem rescirent, & initium quadragesimæ,
 alia quoque festa mobilia, diem Pascha-
 tis consequentia. Harum Epistolarum
 bajuli in omnibus civitatibus optime
 habe-

Synes. ep. 9.
 S. Leo. ep. 49
 al. 64. ad
 Marian.
 Cass. Coll. X.
 c. 2.
 Synes. ep. 13.

Sæculum V. habebantur, omnia necessaria, & equi
 A. C. 401. ad prosequendum iter suppeditabantur
 Tres nobis hujusmodi Epistolæ Paschales
Bibl. PP. supersunt ad annos 401. 402. & 403.
Paris. to. 3. sed tantum in sermonem Latinum
p. 123. S. Hieronymo translata. In Editio-
 nibus priores duæ ordine mutato po-
 sitæ sunt.

Quæ vere prima est, plures Origene
 errores oppugnat; & primo quidem re-
 futatur opinio, Regnum Jesu Christi fi-
 nem habiturum; nullibi invenimus qui-
 dem, id ab Origene expresse affirmari,
 id tamen ex ejusdem positis principiis
 sequitur; si enim corpora omnia in finem
 destrui oportet, quod ex ea solum causa
 creata sint, ut in iis Spiritus puniantur,
 dicendum erit, Jesum Christum aliquan-
 do sine Corpore futurum, itaque non
 amplius hominem, nec hominum Regem
 saltem secundum suam Humanitatem.
 Error secundus erat, Dæmones aliquan-
 do esse salvandos; istud dicebat Orige-
 nes, quod crederet, per liberum suum
 arbitrium post longissima supplicia tan-
 dem mundandos, & sic Jesum Christum
 omnium Creaturarum rationabilium Sal-
 vatorem fore. Tertius error erat, cor-
 pora resuscitanda quidem, sed non sim-
 pliciter incorruptibilia, nempe tandem
 aliquando in suum nihilum redigenda.
 Hoc Origenes dicebat, tanquam ex ipsius
 prin-

principio confectaneum; cum enim cor-
pora ideo solum existerent, ut Spiritus
torquerentur, sequebatur, inutilia fore,
postquam Spiritus culpam expiassent.
Quartus error in eo consistebat, Filium
Dei non esse invocandum, quod suo lo-
co explicavi. In hos omnes Origenis
errores Theophilus vehementissime in-
vehitur, & S. Scripturæ textibus refellit.
In fine Epistolæ subjungit: *Initium Qua-
dragesimæ habebimus die octava mensis
Ægyptii PHAMENOTH, Hebdoma-
dam sanctam decima tertia PHARMOU-
THI, Sabbatum sanctum decima octava,
& diem Paschatis decima nona ejusdem
mensis*; nempe illo anno initium qua-
dragesimæ incidebat in diem Lunæ, quar-
tam Martii, Hebdomada major in diem
Lunæ, octavam Aprilis, & dies Paschatis
in Dominicam, decimam quartam ejus-
dem mensis, ex quibus certe colligitur,
fuisse annum 401. Græci hodieque
Quadragesimam suam die Lunæ primæ
septimanæ inchoant.

Secunda Theophili Epistola Paschalis,
quam male primo loco ponunt, initio
errores Apollinaris refutat, & deinde O-
rigenis; furiosius, quam in prima, Ori-
geni indignatur, quod merito suspicio-
nem movet, Theophilum quædam dicta
Origenis summo rigore accepisse, quæ
benignius explicare oportuisset. Hæc
Episto-

Sæculum V.
A. C. 401.

II. princ. c. 3.

Epistolæ
Theophili.

v. Huet. Ori.

II. q. 2. n. 28.

Et q. 3. n. 8.

Sæculum V. Epistola initium Quadragesimæ indicat
 A. C. 401. die trigesima mensis Mechir, id est, die
 Lunæ vigesima quarta Febr. hebdomada
 majorem quinta Pharmouthi, id est,
 die Lunæ, trigesima prima Martii, diem
 Paschatis undecima Pharmouthi, id est,
 Dominica, die sexta Aprilis. Hæ sunt
 certæ anni 402. Notæ. Ad calcem Epi-
 stolæ subjungitur: *Notum vobis sit!* *be-*
co Sanctorum Episcoporum, qui in Domi-
no dormierunt, ordinatos fuisse Lemnada
pro Herone Nascam, Erythri pro Sabo-
tio Paulum, Omboæ pro Silvano Vere-
zium. Ergo date ad eos litteras pacis,
eorumque vicissim pro consuetudine Eccle-
sie accipite! In Epistola tertia Paschalis
 abstinentia a vino sicut a carnibus in
 Quadragesima præscripta notatur. Theo-
 philus in ista quoque Origeni irasci non
 desinit, & initium Quadragesimæ indi-
 cat ad undecimam Phamenoth, Hebdomada
 Sanctam ad decimam sextam
 Pharmouthi, Diem Paschatis ad vigesi-
 mam secundam; nempe ad 7mam Mar-
 tii, undecimam, & 17. Aprilis. Itaque
 anno 404. Novos quoque Episcopos
 memorat, quibus scribendum, eorum-
 que Epistolæ recipiendæ. S. Hierony-
 mus has Epistolas, sicut mittebantur,
 transtulit, atque in Græcum, Latinum-
 que sermonem versas, Romam ad suos
 amicos misit. Superest nobis Epistola
 ad

Hier. ep. 78.

ad Pammachium, & Marcellum, quam ^{Sæculum V.} epistolæ secundæ Paschali junxit; in ea ^{A. C. 401.} epistolæ primæ mentionem facit, & Theophili zelum summis laudibus effert.

§. III.

Theophilus magnos fratres expellit.

At Theophilus, privatis quoque odiis incensus, ultra verba in Origenistas ^{Sup. l. XVI.} furere cœpit. Isidorus Presbyter, a ^{§. 36. Pallad.} Athanasio ordinatus, & tunc octoginta ^{S. vit. Chryf. p.} 50. annos natus, Nosocomio Alexandrino præerat; huic quædam vidua nobilis mille aureos attulit, voluitque, ut per sacram mensam juraret, se pro pauperimis illius Civitatis feminis vestes compturum, ita ut res hæc Theophilum lateret, ne is datas pecunias emendis marmoribus impenderet; quippe nimio extruendorum ædificiorum studio ardebat, jamque aliqua, Ecclesiæ inutilia, perfecerat. Isidorus acceptas pecunias in pauperum faminarum, viduarumque, subsidium expendit. Sed res hæc ad Theophili aures pervenit, nam exploratores occultos habebat, qui omnia ad ipsum deferrent. Is vocatum Isidorum interrogat, an ita sit; qui rem, ut erat, fassus est; & tunc quidem Theophilus conceptam iram pressit. Non nullæ etiam aliæ odii in Isidorum causæ narrantur. Post duos ex eo menses Theophilus, congregatis

Hist. Eccles. Tom. V.

N

gatis